

De Hoibos

accipi velim, non quod te doceam historias, sed quod  
 quaedam nostra ignorare te nolim, ne movearum  
 popularibus irpocitior clamoribus, nos esse alienos  
 ab Augustana Confessione, exsortes pacis publicae, dissi-  
 dere in fundamentis, et quod Dresdensis Papa nuper  
 nescio falso aut turpiter magis professus est scripto:  
 Lutheranis cum Papistis magis convenire, quam cum  
 Orthodoxis. Sed haec valeant. Tu a nimum ac studium  
 in te mecum in bonam partem accipe, et si videbitur,  
 et proisur reddere. Deus tuo ministeris spiritu suo  
 adsit, et benedictione sua tibi suisq; hunc annum  
 efficias salutarem. Vale Heidelbergae 4. Non. Januarij  
 ibos.

Viro Clarissimo Casparo Laurentio  
 Genevae Professore

59.

Salutem à Domino Jesu. <sup>J. Sareus.</sup> <sup>Adven-</sup>  
 erunt, vir Clarissime, frater honorande, quia scripu-  
 tum mihi exemerunt, qui nos urgebat ex Vapincano  
 decreto, quod nos; urgentibus alijs, approbavimus qui-  
 dem in se, et si de facto, quod Confessionis articulis  
 ascriptum videbatur admodum alieno tempore, <sup>Et expro-</sup>  
 An vobis conscius et probantibus id factum esset, scire ave-  
 bamus, de quo opportunè tu me edocuisti. Sed quid faci-  
 etis? Dividetisne in Synodo futura sententias? damna-  
 bitis factum fratrum? cum illis stabitis, qui decretum  
 rescindendum, articulum confessione tollendum censent?  
 Charitas et prudentia vestra aliud vobis suadebant,  
 quando nec adversarius spectaculum aliud optatius  
 preberi, nec Eulepys vestris vulnus periculosius in-  
 fleigi possit, quam intestina Sixordia. Tres video  
 quaestiones hae agitari. 1. An Synodus rectè decretum  
 fecerit? 2. An rectè idem Confessionis inseruerit? 3. An  
 insertum dispungere debeat? De primâ neminem  
 Orthodoxorum ambigere arbitror, quin rectissime  
 statuerit ac pronunciarit Papam Romanum

Anti-Christum. Haec enim haud dubie veritas illa non  
in occulto muscolanda, sed in tectis predicanda,  
ut omnes Pseudoprophetae illum magnum agnos-  
cant, fugiant. De altera *ἑπίτομις*, ut dixi, quia  
circumstantias et causas facti non satis cognoscimus.  
In utraque partem videmus rationes. utrae prepon-  
derent, nobis non liquet. Vos rectius iudicaveritis.  
Sed peccarint sane fratres Gapenses aliquid in agendi  
modo, cum gravius et scandalum et periculum Ecclesiae  
ex rigore, quam ex ignoscentia sit certo metuumdum,  
facile in eam sententiam descendimus, ut ad tertiam  
questionem negativè respondeamus. Neque enim in  
iis, quae per se bona vel media sunt, siquidem in  
agendi modo aliquid peccatum sit, rescissio necessa-  
ria vel utilis est, quin ex ea gravius incommodum  
necessario sequitur, quod vos pro vestra prudentia  
huc locum tenere, facile perspiciatis. Nam et Papa  
esset absolvendus, saltem in specie, et decretum,  
quod est veritas damnanda, et synodi auctoritas  
labefactanda, et confessio in reliquis articulis  
in suspicionem erroris vocanda, et denique longè  
graviorum malorum, quam illa esse possit perse-  
cutio aut ira Anti-Christi catena ab adversariis  
deinceps metuumda. Etsi itaque et factum synodi  
in medio relinquimus, et nostro iudicio aliquem  
gravare, aut oleum canino, quod dicitur, addere  
nolumus: tamen, quantum res Ecclesiarum vestra-  
rum intelligere et malorum momenta ponderare  
possumus, in eam potius, quam dixi, partem, quam  
aliam descendimus, et ut omnes: si modo non iudicio  
erramus: descendant ad venturam synodum coi-  
turi, pro nostra charitate suademus. Tigurini fratres  
idem nobiscum sentiunt. Basiliensium mentem, credo  
eandem esse, licet nondum certo cognoverim. Precedenda  
sunt adver-

102

sunt adversarius etiam levissimus, anse, vos comitendi et  
evertendi, et veritas semel predicata in tecto, non re-  
cludenda sub modicum. Ringetur, frendebit, furet Anti-  
Christus cum suis, forte ante portas jam exubat. Nihil  
est novi, experti estis manum Domini, qua nondum  
est abbreviata. Turbabit eos spiritus furoris à Domino,  
dum modo vos quod oportet, spiritu pacis et verita-  
tis conveniat, et consentiat. Hæc mi frater,  
strictim te volui scire meo et collegarum meorum  
nomine, quibus est una sententia. Officiosè rogo,  
ut Dominos fratres omnes et singulos, cum primis  
venerandum Patrem Dominum Bezan ex nobis  
salutes. Heidelbergæ 13. Febr. 1605.

Illustrissimo Principi

D. Mauritio Landgravio Hassiæ &c.

Gratiam et pacem à Domino.

60.

Jam pridem cogitanti mihi, Princeps Illustrissime,  
quo pacto ego etiam, qui minimus sum servorum  
Dei, erga Cæs. Tuam observantiam meam testatam  
facerem: an Hofeas occurrens: Mihi de me, inquit, te-  
stem confidemus, animi tui. Si enim me ipsum con-  
templabitur, Dei propheta sum, quem pia gratia pig  
Princeps: quia divinis documentis magis imbutum  
pio zelo pro gratia Dei magis perfundam, quo adver-  
sus omnia idolatriam, schismata, hereses, superstitiones (quæ o-  
mnia idem sonant) hoc est, mendacia, vanitates, abo-  
minationes, supersticia, statuas deique templorum  
jam ante successum est primum peccatus: si vestem  
ornatamq; novam, quæ ab te prodece, conspicabitur:  
eruditis gaudebit commentario eruditione heros:  
si pedissequas intuebitur, orationibus laud impoli-  
tis oblectabitur Princeps dicendi periti firmus.